7014/59

A 528

In Acad. Julia.

CIↃ IↃ C LIII.

R 509 II

Biblioteka Śląska MF

Multi viri docti Germanos hoc nomine summæ cujus-
dam imprudentiæ incusant, quod jura sua publica
scripto comprehendant et in vulgus edant, permittantq
cuivis liberam sentiendi de illis et disputandi potesta-
tem: fieri n. exinde posse ut sæpenumero ll. funda-
mentales ac reip. arcana propalentur. Prudentiores
v. hac in re Hispanos, Gallos, Suecos imò alios populos
esse, qui jura sua publ. occulta habeant, nec hedere pa-
tiantur quicquam de illis in publicum edi.

Cognitio status alicujus et cognitio juris publici inter se differt ut
totum et pars: Hæc n. (sc. notitia juris publ.) sub cognitione
status simul comprehenditur, estq tantummodo pars quædam illius.
Primum n. multa spectant ad statum quæ ll. non sunt comprehensa nec compre-
hendi etiam possunt. Sec'do. Multa sunt in rep. quæ non sunt ll. consectanea; quippe
inter ll. et earum observantiam plurimum interest. Tertio. Cognitio juris
publ. vulgò locatur in eo, ut quis sciat quid sit constitutum circa publica; hæc
autem ad notitiam status non sufficit, quippe quum hoc etiam requirat, uti
sciás num bene, an secus ita sit constitutum.

Discursus Excell^mi Conringii de jure publico in genere, et imprimis e quibus scriptoribus jus publ. Germaniae scripsue sit accersendum.

Qua in re potissimum consistat singularis reip: cognitio, ac quid sit resp. specialem cognoscere, quidq; ad illam cogni~~[illegible]~~tionem requiratur difficilis et ad modum impedita quaestio est. Plerique existimant illam cognitionem in juris publici scientia consistere: at si rursus quaeras, quam sit juris publ. scientia? Respondent utplurimum, absolvi eam cognitione eorum, quae scripta sunt de regimine publico, atque haec quidem pervulgata hodie est ~~[illegible]~~ opinio. Ista vero, quam illi profitentur, cognitio jurispubl. vera non est, neque cognitione jurispubl. omnis reip. cognitio absolvitur. Licet n. magna illa pars sit ad cognoscendas resp.; multa tamen praeter eam alia ad hoc requiruntur. Jura porro publica non semper eadem sunt, sed quaelibet resp. suum peculiare jus publ. habet. Unde nec si jus publ. Germaniae cognoveris, omnes alias rerumpubl. species earumque publica jura cognovisti. Vocabulum reip. ambiguum est, aut n. sumitur latius pro integra civitas vel populus, ac ita illud veteres usurparunt; aut strictius pro illud, quod est regimen reip. Quae duae significationes sane multum inter se differunt: Nam prima acceptione integrum erit corpus reip., secunda regimen tantum significabitur publicum. Etsi a. regimen publicum sit quod magistratus et judicia sunt in aliqua civitate

Voc. reip. modo significat integram civitatem, modo ipsum regimen reip.

beant nostimus; nondum tn integram civitatem [cogno-]
scemus. Ad longe plus ad hujus cognitionem regi[minis]
r. ut sciamus quo cives affecti, utrum opibus
sit instructa resp.; et quam illa sint opes, q[uae]
evehi queant et importari q desunt, ac hujusmodi a-
lia plura ad scientiam Reip., ut primo loco acc[...]
illam modo diximus, vel magis ptinentia. Est q[...]
politia in resp. idem q. aia in corpore, q tn o oia [...]
stare in hoie pt. Quit si qs aiae naam se coll[...]
re dicat, idem se naam totius hois habere cognit[...]
minus pt dicere: Ita qq si qs noverit statum s[...]
gimen reip., non tenet simul alia q ad illum re[...]
runt. Duplex itaq cognitio reip. dat. Ex[...]
nendum a. primo, qd ad regiminis [illegible] publici [...]
tionem ptineat. Ad hoc faciunt jura publica, [...]
ne qbus cognosci non pt, quippe iisdem regit et [...]
ad illa tanquam ad amussim dirigendum e. [...]
fieri pt ut administratio publica abeat a ll. al[...]
terq administret resp., ut si ll. exoleverint.
Quod si jam teneas jus publ., sed ab administra-
tione reip. distrahum, non poteris scire regime[n]
publicum. Hinc clarum e, pariter jura publ. [...]
imis scire nos debere an accommodata sint illa
ad ejus reip. statum, quem cupimus cognoscere.
Leges sane publicae in paucis rebuspubl. scripto
solent comprehendi; quod ideo fit, ne si mutatio [...]
aliqua, concitare turbas possint. Et in illis rebus-
publ. magistratus, q ad imperium aspirant, vetare so-
lent, ne qd de jure publico literis consignet. Ita[...]

Quemadm is, q naam aiae novit in hie, non statim totius hois naam novit, ita qq q jus publ. scit, non [illegible] statim ht totiq reip. notitiam.

Cur ll. publ. raro soleant scripto comprehendi?

in instrumento pacis vetitum legimus, ne de iis, quae
acta in illo sunt, novae instituantur disputationes. Quare,
uti ex his patet, in consuetudine nostra ex parte positae
ll. publicae erunt: Neque adeo cognitio regiminis publici
aut ipsa jurispubl. scientia in jurispubl. scripti cogni-
tione consistit: Hinc inde de solo [redacted] scripto
jurispubl. Germanico ipsum Germanorum reip. statum
non posse addisci manifestum est. [redacted] Existimant
quidem nonnulli, satis esse si scias quod constitutum sit;
Scientia quippe duplex est; aut n. quae jura sint constituta
novimus: aut quare haec et in quem usum sint con-
stituta tenemus. Politicus vero non solum hanc noti-
tiam habere debet, sed etiam et quod olim obtinuerit con-
suetudine et quod nunc obtineat scire. Cognoscenda
autem sunt in regimine Reip. summa quaedam quasi capita,
ad quae politicus attendere quam maxime debet. Et primo
quidem cognitio illa consistit in notitia civium, quae
ante omnia est cognoscendum, sc: ut sciamus qui pertine-
ant ad illam civitatem, cujus remp. seu regimen
volumus cognoscere. Inter alia quoque nosse debemus,
apud quem sit potestas ferendarum ll. seu νομοθεσίας,
quomodo ferre et observare soleant ll. Haec si
cognoveris magnam sane partem regiminis publ. cogno-
visti. Ut in regno Polonico nobiles et optimates
ad comitia adhibentur, adeoque non solum apud Regem
sed illos quoque esse videmus νομοθεσίαν. Atque ita se quoque
res sunt in rep. nostra Germanica, ibique omnino in hoc quoque est
diligenter inquirendum. Secundo attendenda est ratio

Ll. publ. nostram partem positae sunt in consuetudine, neque earum cognitio in jurispubl. scripti scientia consistit.

Summa capita, ad quae politicus quam maxime respicere debet, haec sunt:

1. Notitia Civium.

2. Penes quos sit potestas ll. ferendarum.

3. Ratio belli et pacis.

belli et pacis; nam omnino videndum penes quem sit po-
testas belli et pacis, deinde quod soleat geri bellum,
ac denique quomodo se illa resp. habeat ad belli et pacis
artes. In bello n. et pace non postrema pars con-
sistit regiminis publici, et inde haec resp. e[st] vel
beata vel infelix. Eo etiam pertinet ratio omnis foe-
derum, ut noveris sc. quomodo se habeat in potestate foede-
rum sanciendorum: deinde in ratione illorum: tertio
in ipsis foederibus. Sic si remp. Batavicam forte
perspexis, nosse debes quod et inter sese ipsae provinciae
et cum aliis principibus et rebuspubl. sint foede-
ratae. Porro videndum, quod resp. se habeat cir-
ca electionem omnium magistratuum. Non hic illos
magistratus proprie dictos (ut Romanis olim dictum hoc
vocabulum) sed illos omnes qui sunt cum aliquo imperio: Ho-
rum inquam ratio videnda est; sc. an habeant jure
hereditario magistratus suos, an vero per electionem,
et quod et a quibus haec fiat. In resp. nostra inter sci-
endum, quod imperator instituatur, an hereditarie,
an per electionem, et qui eum eligant, et quo-
modo. Deinde ex quibus eligatur, an ex omnibus, an ex certa ali-
qua familia; quod imperator noster nobis in hoc imperio, id Rex
Galliae Gallis. Apud nos v. vel maxime valent Ma-
gistratus, ita ut alii sint majores, alii minores.
Demum nosse debemus quod se habeat ratio judiciorum:
Judicia n. nullam sane in rebuspub. variant. Opus
inter e[st] ut scias, penes quos sit jurisdictio et in quos
sit illa: Deinde an judices ipsi vel per hereditatem
vel per electionem sibi succedant, tum a quibus et e
quibus et quod eligantur judices. Praeter haec qui

4. Ratio foederum.

5. Quod resp. se habeat circa electionem omnium Magistratuum.

6. Quod se habeant judicia.

processus sit judiciorum, et quia judicia alia crimi-
nalia, alia civilia, quod haec utraque exerceant. Qui
haec jam novit, tenet sane magnam partem civitatis:
Sed et adhuc alia requirunt. Duplicem n. fecimus
cognitionem reip. Notum e multum falli eos, q
tm circa ll. publicas occupari remp. asserunt, non a. cir-
ca ll. privatas. Nisi n. noverit illator ratiōem conden-
darum ll. privatarum, sane non poterit oi ex parte
consulere reip. Praeter regimen ior publicum
alia singularia requirunt, q, ut in praecedentibus factum,
p summa capita exponent. Necesse e ut oia, q
st in civitate, si ad hanc societatem pertinent, sint
in aliquo genere bonorum. Bona n. oia hanc st triplicia:
Alia ai, corporis, fortunae. Ad hunc triplicem [illegible]
ordinem referunt oia, q ad hem et simplr ad civilem
societatem pertinent. Talia v. bona ptinent vel
ad publicū civitatis, vel ad privatorum usum referunt,
s, ut verbo rem efferamus, st vel publica vel privata.
Publica dicr illa, q st totius civitatis, privata q st
singulorum civium. Qui haec ior tria bonorum
genera, tam publica, q privata novit, fere nihil q ad
civitatem ptinet, ignorare pt. Verum bona ai
st in triplici differentia: ut sint vel intellectualia, vel
moralia. Sciendum ergo quod civitas sit instructa
his utrisque generis bonis. Ad virtutes morales pti-
nere oibus e notum, sc. temperantiam, fortitudinem etc.
Quare populi alicujus, s. civitatis, scientiam sibi com-
paraturus inquirere dt, an fortes sint cives, an tem-
perantes vel in potu vel in venere, an pii et justus

Requirunt et alia multa, qui s. l. pluribus recensent.

N°.

sit populus. Sane permultum interest, ut sit cultus divinus apud aliquem populum; et quod in reliqua vita se gerat. Porro semivirtutes etiam attendendae, an se. vel elegantibus moribus s. bene moratus sit populus, vel agrestis barbarusve. Notum est totum aliquem populum saepe rusticitate laborare. Dehinc intellectuales populi virtutes spectandae sunt: Hae inter has primo loco prudentia, utpote praecipua illarum virtutum et maximi usus in vita civili. Inquires igitur, utrum committatur resp. prudentibus, an stultis. Est prudentia cognoscendum, quod circa ea artes se habeat resp.; quae vero variae artes, illarumque genera exploranda. Praeterea quod circa scientias se gerant attendendum; an scholae ibi vigeant, an apti sint scholis et eruditioni, qui illas instituant, an careat an floreat eruditis viris. Haec de bonis animi. Dehinc despiciendae sunt corporis bona: qualis sit corporum ratio in civitate, an ad labores valida, sana, an infirma, an magna an debilia illa sint. Ultimo loco bona fortunae attendenda, quae varia sunt. Sunt n. eorum alia necessaria ad vitam degendam, alia non necessaria et tamen ad elegantiam facientia: Atque huius generis bona alia publica, alia privata. Oportet nosse utraque diligenter: sciendum namque an in aliqua civitate sint bona publica ad elegantiam facientia, an vero desint; solent n. ab elegantibus templis curiis aliisque divitiis magnifice commendari civitates. Cuiusque modi v. bonorum fortunae necessariorum ratio habenda, quae sine his neque esse civitas, sine illis potest. Ad haec requiruntur primo alimenta: Ratio igitur victus et illius copia, ac unde utrumque eorum paretur sciendum. Ad haec circa amictum quod se habeat sciendum; an facile parari possit amictus, an non? an lautior sit,

an exilis? Pertinent huc quoque domicilia, sine quibus non potest commode vita agi. Aedificia etiam publica, sine quibus societas civilis esse non potest, et privatarum ratio habenda est. Est praeterea omnino etiam spectanda securitas civitatis, num nempe exposita ea sit insultibus hostium, an vero non. Tandem quoque et imprimis pecuniam in civitate attendere nos oportet, tam publicam quam privatam, ut nimirum se habeat resp. circa illam utramque. Similiter videndum, quo circa reliqua bona se habeat resp., et vero bona praeter haec varia: Alter vero alteri succurrere et ministrare debet. Quare omnino videndum an servis, mancipiis, mercenariis, mercatoribus, opificibus sufficienter instructa sit civitas, an vero non. Profecto ut his vel bene vel male prosunt civitati, ita bene vel male se habet. Atque haec eiusdem sunt capita praecipua, e quibus iudicari potest de resp.; quae haec probe cognita habet, et ad illa examinabit civitatem quamlibet, cuius statum vult cognoscere, illi nihil poterit eorum, quae ad scientiam eius pertinent, etc.

De rebus autem singularibus nihil potest cognosci ex scientiis, quae haec saltem [struck out] res universales tradunt, quales non sunt singulares res. Necesse ergo est ut ad alia adminicula confugiamus, per quae cognoscamus singularia: Debet enim qui aspirat ad scientiam alicuius reip. vel propria vel aliena experientia singularia illa cognoscere. Quae iam ante praeterierunt ea non possumus nos propria experientia addiscere, sed fide aliena; praesentia vero possumus. In rebus humanis autem multa non solent libenter confisionari, quare et haec studiose sunt inquirenda, pertinent vero omnino ad remp. non solum quae fiunt hodie, sed et quae facta et

De rebus singularibus ex scientiis nihil possumus addiscere, sed experientia, vel propria, vel aliena cognoscuntur.

olim. Notissimæ hodie sunt controversiæ de juribus Cæsarum et Episcoporum etc., quæ non nisi per cognitionem harum literarum possunt decidi. Talis v., de qua modo dictum, alienæ status aut ore aut scripto ad nos pervenit: utrumque hoc adminiculum adhibendum. Consulendi igitur sunt periti ejus reip. quam cognoscere volumus, qui hos n. illa singularia possunt addiscere. Ex scriptis a. monumentis alterum adminiculum petendum est, quod non temere a nobis negligendum; qualia sunt Epistolæ, contractus, diplomata publica, quæ omnia comparare et studiose nos colligere oportet. Eligendæ a. sunt ex historiis potissimum eæ, quæ cum judicio sunt scriptæ: Et ex his notandæ inprimis colligendæque sunt, si quæ iis comprehenduntur, H. publici.

Aliarum quoque rerumpubl. cognitio nobis est necessaria.

Jure a. omnino, ut nos, qui in Germania vivimus, non tantum nostram remp. sed et vicinarum statum habeamus cognitum. Habemus e.g. in vicinia regnum Turcarum, cum eo aut bellum nobis, aut induciæ sunt. Jam quomodo de his statuendis et sanciendis possumus deliberare, nisi illius statum sciamus. Idem de regno Danico, Suetico et cæteris.

Excerpendi necessitas.

Suadent itaque, immo hortantur viri docti, ut a prima statim juventute in adversaria s. excerpta redigamus non tantum ea quæ ad statum nostræ reip. Germanicæ sed et aliarum rerumpubl. pertineat. Rubricæ v.g. sint tales. Regnum Daniæ, Regnum Sueciæ etc. Dici vix potest quantum hujusmodi labor prodesse possit.

Descriptiones omnium pene rerumpubl. excusæ in Batavis.

Excusæ in Batavis rerumpubl. pene omnium descriptiones sane utiles. His ita præmissis, transeundum ad ipsam considerationem reip. nostræ Germanicæ: sed quæ modo dicta sunt de gene

nali cognitione status singularis, qd ad eam regiat, eadem
oia qq applicare debemus ad remp. nram Germanicam.
Duplex ergo illius cognitio: 1ma qua regimen publicum,
2da qua caetera oia ad integram civitatem Germ.
facientia novimus. Demonstratum a. jam ante e,
in quibus erratum sit, et adhuc hodie erret ab illis, q
cognitioem tm regiminis publici commendant, et eo oia
referunt, qs. unum sit cognoscere regimen publicum
et jus publicum; q tn longissime distat, cum nequeas
regimen publicum absq his cognoscere publicis juribus.
Dictum ibi satis e, q ptineant singulatim ad co-
gnoscendam totius reip. faciem. Quod porro
attinet ad adminicula illa cognitionis, sane vel ex
usu pprio hic addiscimus multa ad remp. nram Germ.
facientia; vel etm fide aliena, atq ut eam supra di-
stinximus, vel ore vel scriptis hanc ipsam accipimus.
Possumus certe a viris prudentibus et usu peritis
plurima discere. In scriptis v., quod saepius monendum,
nihil cujusq omnis scriptorum negligendum temere
e. In Germania v. varios habemus principatus,
episcopatus, urbes. Necessum eor ut de singulis
his nobis qd comparemus scientiae, quantum assiduo
labore et industria fieri pt. Inprimis a. in ampla
ee dat adhibenda, in q accurate conferant ea q ad
quamlibet partem nrae hujus reip. Germanicae spe-
ctant, nec tm communia, sed specialia qq cujusq ad
totum hoc corpus pertinentis partis illuc st referen-
da: v. gr. q voluerit Ducatum Brunsvicensem
cognoscere, necesse e. ut colligat quis scripta, contractq
inter duces et civitates, in quantum ejus fieri potest.

Ut aliarum, ita qq Germanicae reip. duplex cognitio: 1ma, qua regimen publicum, 2. qua caetera ad integram civitatem Germ. ptinentia cognoscunt.

Addendum nunc aliquid e[st] d[e] monumentis unde jura publ. Germaniæ peti po[ss]int. Orit[ur] v[ero] statim q[uae]stio q[uae]na[m] sint illa jura publ. Germaniæ. Multi hactenus hanc foverunt opinionem, q[uod] jura publ. Justinianea sint jura publ. Germaniæ, sed falsum hoc esse nostratum e[st] a cl. Conring. in p[ro]l. ad notas in Tac. de mor. Germ. it[em] in adjectis z addit. l. d. orig. ju. Germ. Eiusdem Tabor adversus ipsum conatus hac in parte disputare, sed ne eundem recte contradicere videt[ur] Conringio, quum nihil aliud faciat, nisi ut usum astruat LL. Justinianeis, quem Conr. nunquam negavit usum esse, nec unquam eas negligendas esse statuit: Sed hac ipsius constans e[st] sententia, legum vim illa o[mn]ia obtinere minime quatenus Justinianea sit, sed in quantum recepta sit ab autoritate Imperii. cap. pen. l. d. orig. juris Germ. Itaq[ue] h. l. ea eadem missa faciemus. Quæ sint ju. LL. nostræ publicæ? Illæ q[uae] autoritate publica scriptæ sunt promulgatæ. Harum v[ero] aliæ veteres magis aliæ magis recentes. Notum v[ero] e[st] recentiores LL. semper magis facere ad statum p[rae]sentem, q[uam] veteres LL. sæpe amittunt vim suam, et p[er] alias novas abrogant[ur]. Quare recentiores LL. publicæ inp[rimis] sunt inspiciendæ, tamen tamen veteres o[mn]i sunt negligendæ, q[ui]a manu nos q[ua]si ducunt ad rectius cognoscendas eas q[uae] hodie obtinent. Et veteres eundem publice collegit Melchior Goldastus tom. inprimis tribus constitut: imperial. Ibi nullas pene reperias nisi facientes ad antiquas LL. ; sunt tamen magni usus si

Refutat[ur] eorum error, q[ui] opinantur, jura publ. Justinianea esse jura publ. Germ.

Quæ sint LL. publ. Germanicæ?

NB.

Etsi publ. LL. veteres et antiquiores minus faciant ad statum p[rae]sentem q[uam] recentiores, o[mn]ino tamen non sunt negligendæ.

Melchior Goldastus

libri. Edidit item Goldastus etiam scriptum German. cui nomen fecit Reichshändel, non minoris quam cetera ejus utilitatis. Sed non tam haec juvare nos possunt, meminerimus, quod recentiores (sec. minimum XV.). Temporibus Friderici III coeperunt colligi recessus imperii; est vere thesaurus ingens, sine cujus cognitione ad reip. Germanicae accuratam cognitionem nemo pervenire potest. Queritur tamen Lymnaeus non contineri in illis Reichsabschieden omnes ll. antiquas, quae tamen non revocandum, tamen multa conversa supersunt. Notandum vero de illis Reichsabschieden, quod variae sint illius codicis editiones, ultima vero, quae anno 1615 edita est, omnium est perfectissima, quae ante hanc prodierant minus perfectae: ideoque vere ille codex comprehendit omnia jura publica et decisiones imperii in comitiis factas. Post illa tempora nulla comitia celebrata et ll. publicae generales. In illo codice ultimo habentur decreta comitii anno 1614 celebrati. Ex eo tempore non sunt habita comitia, nisi ante 14 ferme annos Ratisbonae anno 1640 durante adhuc bello Suecico et rursus anno 1651 iterum Ratisbonae comitia sunt celebrata. Multa in illis sunt constituta quae habere debent vim ll., quae omnino sunt addenda den Reichsabschieden. Possent huc quoque referri Pax Pragensis, nam voluerunt et Caesar et alii, qui subscripserunt, uti omnes constitutiones haberent vim ll. et sub finem ibi expresse hoc adjicitur. Quam maxime ll. publicis debet adscribi instrumentum pacis factum Monasterii et Osnabrugae, et utrumque quidem tam Suecicum quam Gallicum, utrumque habet vim legis publicae perpetuae, utpote quum pluribus deroget constitutionibus,

Melch. Goldasti Reichshändel.

Recessus imperii coeperunt colligi tempore Friderici III minimum in medio seculi XVti.

Prodiit Moguntiae anno hujus sec. 15 editio recess. imperii omnium perfectissima et optima, curante Petro Ostermanno J.U.D.

post annum 1615 non sunt habita comitia imperii, nisi anno 1640 et 1651.

Pax Pragensis.

Instrumentum pacis.

imprimis v. paci praevertit: Diserte ita cautum ē
in instrumento illo art. 17. Omnino igitur utrumque
ad manus ee dt iis, q ex publicis ll. volunt judicare
d iis q ad regimen publicum ptinent; discrepant
haec duo instrumenta tn in quibusdam. Haec st ll. q ab
omnibus p publicis hent, et continentur qq in hisce
ptis ll. publicae pleraq oes. Observandum est in s.l. ll.
oes illas adhuc nondum habere vim ll. nam multae st
abrogatae in comitiis posterioribus, q Carolus V. in-
nuit, quando ait, Comitia Imperii ita habere ut poste-
riora prioribus derogent, ac proinde similia ee vipe-
rarum, filiae matres soleant devorare. Multae qq
consuetudine abrogantur, multae etm leve scriptae: ll.
oo quo st recentiores eo maiorem vim ll. hab et ma-
iori etm in pretio st habendae. Ad censum ll. harum
publicarum, q st promulgatae in comitiis, omnino re-
ferri dnt capitulaões Caesareae, q nihil aliud st, q
ll. publicae Imperatori pscriptae ab Electoribus
ante coronationem. Est pfecto eximium q hacte-
nus licuit Electoribus, sumserunt reapse facultatem
condendarum ll. publicarum, Capitulaões n. nihil
st ll. publicae. Tales capitulaões multae fuerunt
nam hoc qq jus sibi Electores sumserant, ut quoties
novus crearetur Impator, novam ej pscripserint capi-
tulaõem, inde ingens iter eas ortum ē discrimen.
Quae post Carolum V pscriptae st capitulaões Impera-
toribus, eae sparsim st editae, q etm adjungendae st
dictis illis Reichsabschieden. Hodie v. ea po-
testas Electoribus p instrumentum pacis ē erepta
iota; ordines n. observaverunt nimium hanc

Ll. publ. posteriores abrogant prioribus.

Simile Caroli V et comitiis.

Capitulationes Caesareae.

potestas illa, qua Electores pscribebant Impatori ante coronationem capitulationes, hod. p instrumentum pacis ipsis ē erepta.

potentiam, nec debere esse penes solos Electores jus condendarum ll. publicarum: In articulo VIII cautum est ut in proximis comitiis Imperatori certa quaedam et perpetua capitulatio praescribatur, quod tum et haec re constituet dies docebit. Hae sunt pleraeque nostrae ll. publicae, caeterum has ll. omnes intueri haud est cujusvis, et vix potest illius, nisi ad manus sint acta publica comitiorum in quibus tales ll. sunt conditae: Incredibile profecto est quantum ad harum ll. cognitionem faciat acta publica haec impressa, et praeterea etiam protocolla tempore pacificationis habita. Sine his instrumentum pacis nemo satis intuetur, et nullum est dubium quin plurimae controversiae sint oriturae imposterum, quae non nisi ex protocollis illis tolli queunt. Ergo si quid forte horum ad manus nostras perveniet, id sane summo in pretio est habendum: Et praeterea si quis potest sibi comparare acta omnium comitiorum, illa quoque magno potest esse usui. Caeterum tanta acta hactenus non sunt edita. Christophorus Lehmannus coepit colligere acta publica tempore religion-seculo utrinque a partibus scripta circa pacem religionis, illa merito summo in pretio sunt habenda, quae totum negotium pacis religiosae illustrant. Eodem quoque pertinent acta publica Hortlederi, nam etsi hic multa omiserit alia, continent tamen multa utilia. Edidit quoque Londorpius acta publica, tamen ea non tantum continent acta publica comitiorum, quae alia quaedam quae in Imperio ultro citroque contigere. Non

Acta publica comitiorum et protocolla magnum usum possunt praestare juris publ. studioso.

Acta publ. Chr. Lehmanni historiam pacis religiosae illustrant.

Hortlederi acta publ.

Londorpii acta publ.

ergo tam faciunt ad applicationem ll. publicarum, tamen
tn opus illud e praeclarum. Recentiora acta Imperii
passim sunt edita: Magnam tn diligentiam in iis adhibuit
Fridericus Abelinus. Multa qq. sunt in libb. cui
titulus Theatri Europei. Verum oes hujus Theatri
tomi non ejusdem sunt notae, q a diversis autoribus conscri-
pti. Imprimis qq legi merentur autores illi q ediderunt libb. de capitulationibus Caesareis. At Carpzovio editus e commentarius de lege Regia q de capitulationibus Caesareis tractat, recte ne sic libro suo titulum praeferat non e ejusdem hujus loci disputare. Omnium optime et copiosissime hoc argumentum persecutus e Lymnaeus, q tam in ope suo de jure publico quam in singulari ope de capitulationibus Caesareis hoc ipsum plenius tractavit. Haec sunt ll. nostrae publicae: Jam v. tametsi ex ll. hisce multa et praeclara peti possunt q ad regimen publ. pertinent, non tn oia ex illis libris poteris possidere, quatenus jura sunt scripta sed plurima sunt consuetudinaria, praeterea etm non sunt sola jura q pertinent ad regimen publicum, plurima n. adhuc sunt q juris naturam non habeant. unde itaq eorum cognitio petenda? Suadent hic viri prudentes ut eorum scientiam partim ab iis petamus, q in rep. diu multum sunt versati, consulenda praeterea ee monumenta historica, sine qbus neq consuetudines, neq acta addiscere possumus. Jam v. sicut ll. quo sunt recentiores eo majorem vim habent, ad eundem etm modum historiae recentiorum temporum magis faciunt ad regimen publicum

cognoscendum. Inter historias itaque eminent monumenta recentiora, non quod ex illis solis via possint peti, sed quod illa quae maxime afferant utilitatem. Intra annos quippe 150 maxima facta est rerum mutatio per Germaniam nostram et quidem talis mutatio, qualem vix per multa secula vix contigisse legas. Danda itaque est opera ut historia temporis hujus nobis sit notissima, maxime autem illarum rerum, quae his proximis 50 aut 30 annis contigerunt, multa enim praeter bellica etiam ad statum nostrum pertinentia circa ea tempora gesta deprehendes. Dicendum itaque sic breviter primum de monumentis historicis quae pertinent ad recentiora tempora, nimirum quae circa annos 150 priores contigerunt. Inter eos autem, qui circa haec tempora aliquid consignarunt, historicos primus locus debetur commentariis Joannis Sleidani, qui ab anno 1517 usque ad annum 1556 accurate res imperii nostri descripsit. Extra controversiam hujus scripta proxime erant deferenda, quamvis pontificii soleant fidem illius in dubium vocare, atque latrociniis et conviciis onerare; ipsa res tamen docet Sleidano veritatem pugnare. Est extatque de ipso Jac. Aug. Thuani honorificum judicium, quod sane ut hominis non Germani neque etiam nostrae religionis, maximi faciendum; Ceterum est autem Sleidanus non tantum res imperii, sed etiam negotia religionis accurate tractavit. Est profecto religionis summa historia non solum digna quam accurate diligenterque perlustres, sed etiam omnino necessaria ei qui regimen publicum exacte vult cognoscere, multum enim illius cognitio ad regimen publ. conferre potest. Referri autem ad eam compromissis

Monumenta historica recentiora omnium sunt utilissima.

Quae intra annos 150 proxime vel quae his proximis 50 annis contigere accurate sunt noscenda.

Joh. Sleidanus.

Historia religionis accurate pernoscenda.

Chytraei historia Augustanae confessionis.

Coelestini acta comitii Augustani.

Laurentius Surius.

Scripsit historiam ab anno 1550 usque ad an. 1565.

Ad historiam Augustanae Confessionis, quae a Chytraeo est conscripta, referri possunt acta publica comitii Augusti in quo confessio fuit exhibita: Edita sunt illius comitii acta a D. Coelestino in fol., rarius tamen habentur. De eodem hoc argumento scripsit Laurentius Surius scriptor pontificius et Sleidano oppositus, nobisque maxime infestus, quem Thuanus inter historicos recensere noluit.

Scripta historica de negotio sacramentario.

Ad eandem historiam ecclesiasticam pertinent scripta historica quae edita sunt de negotio sacramentario, ex iis nostra primus discere quae ad rem ecclesiasticam pertinent et aequaliter ad res imperii. Inter illa scripta de re sacramentaria duo hi libri scriptores eminent: alter Rudolphi Hospiniani, cui tit. Discordia Concordis, alter huic oppositus autore Leonhardo Huttero cui tit: Concordia Concordis.

Rud. Hospiniani Discordia concordis.

Leonh. Hutteri Concordia concordis.

Prodierunt et alia hujus argumenti scripta, quale est quod a Theologis Lipsiens. editum, tit: historia sacramentaria. Haec scripta omnino sunt videnda, faciunt n. ad cognoscendas accurate controversias.

Historia sacramentaria a Theol. Lipsiensibus edita.

Quum et superiori seculo concilium sit habitum, quod sane magni momenti, hinc etiam acta illius concilii nobis comparare debemus. Prodiit ea sub inscriptione autore Petro Suavi Polano, dictus ita est per anagramma, nam verum ipsius nomen est Paulus Sarpa Venetus, confectum est illud anagramm. ex publico nomine. Scripsit a. historiam suam Italice, quae primum in Anglia prodiit curante M. Antonio de Dominis, qui ad nostras partes transiit: Idem scriptum Latine publicatum ipso [redacted] interprete, postea versum est etiam

Petri Suavis Polani i. Pauli Sarpae Veneti historia Concilii Tridentini.

Germanicè cum p̄fixa p̄fatione doctâ sanè et piâ,
autor illius versionis etiam incertus. Hoc p̄fectò citra
mendacium dici pot, nihil huic par eē editum, excel-
prudentiâ penè sine exemplo et diligentiâ ac judi-
cium insigne. Utinam v. extarent oīa acta publica
istius concilii, tum oīa sciremus q̄ hodie obscura qs.
nocte involvunt. Pauca quidam de hoc argto qdem
ediderunt tum publicâ autoritate tum etiam privatim.
Papa Paulus oīa in sua potestate habuit, vetitum v. leve
apud pontificios illa edere. Omnino qq. comparandi
et canones concilii Tridentini, qui vim legis apud pon-
tificios hnt; optima ē illa editio Chiffletiana. Cognoscē-
da etiam ea st q̄ ptinent ad res ecclesiasticas imperii nri,

Canones Concilii Tridentini editi ā Chiffletio.

quoniam ob solam religionis causam ortum est superioribus
annis funestum illud bellum. Sleidani historiam con-
tinuator sanè probrè et longè extendit. Londorpius
etiam, quamvis n tantâ fide p̄sequt oīa, ut ā Sleidano
factum, tn laude suâ non ē fraudandus. Autor qq.

Londorpius.

Mercurii Gallo Belgici commendandus ē: sed n ē illud
scriptum unius autoris, adeo nota ē varia. Davidis

Mercurius Gallo-Belgicus.

illius Chytraei Saxonia laudanda nobis, q sanè p̄ser-
tim res non tm utriusq. Saxoniae, sed et Turcicas magno
cum judicio, quare omnino iis, q in Saxonia vitam et actum,
comparandus hic liber. Est a. continuatio ferè Cranzii.

Dav. Chytraei Saxonia.

Nam ubi hic desiit, ibi incipit Chytraeus. Sed ex Mer-
curio et Chytraeo oīa desumsit Thuanus, sed ornatiori
stylo propriq. inposito judicio; quam omnino Thuani
incomparabile illud opus nobis commendatum eē dt.
Collegit n. oīa ex optimis qbusvis scriptoribus ut Hispanis

Thuanus oīa ferè ex Mercurio Gallo Belgico et Chytraeo in suam historiam transscripsit.

carum, Gallicarum, Anglicarum, Batav. etc., q non sunt
et ad manus cuivis. Secundò laudanda in Thuano
veritas et neutrius partis studium. Ho. hujus sec. ed.
pedit scriptum aliq. Ingolstadii sub nōie Johannis Bapt-
istæ Galli contra Thuani hūanum libros, acerbam
sane: Verùm consultum hūic rursus f sententiam oppo-
ni senatus parisiensi, q curavit exuri Galli calumni-
osum lib:. Romæ qq gravi censurâ notatus ē Thu-
ni labor. Qvoniam v. in Urbani VII indice expurgato-
rio non apparet Thuani hūa, tn antè imprimis f
satio censurâ gravi notata à Romis fuit. Sed non
ultra annum 607 proredit hūa illius. Integram gratiam
debemus Georgio Michaëli Lengelsheimio Consiliario
palatino, qui hactenus non editam Thuani hūam
Genevæ curavit edi, q oīum optima ē editiò. Mem-
ini me audire hōiem doctum quasi malè excudisset
Thuani historiam; sed non dubito, qn indignè illos hu-
jus criminis insimulet, quum q mutata et sane
mente Thuani mutata arbitrer. Expressa tamen
Francofurti Genevensis editiò, longe hac illæ sit
etn. multò plura commoda admodum conferre textus
sc: marginalia et distinctiorem textum. Ex Thuani
igr pnt eædem res Germaniæ peti, sed non aliæ, q
quas et Chytraeus, Mercurius Gallo-Belgicus ē infra
Caspar Ens. In continuaōe Sleidani a. habemus
res Germanicas ad annum 1618, quo coepit fata-
le hoc bellum, post v. q acciderunt, ea multi impari
felicitate et prosecuti. Debemus a. comparare nos
Caroli Caraffæ Germaniam restauratam, q in aula

Joh. Baptistæ Galli scriptum g" hūam Thuani.

Historiam Thuani primus edidit Georg. Mich. Lengelsheimius, Consil. palatinus.

Thuani editiò Francofurtensis oīum ē optima.

Caroli Caraffæ Germania restaurata.

Caesaris ubi vixit, seneq[ue] conscius ac particeps arcanorum
omnium fuit, missus illuc a Gregorio XV et deinde sub Urba-
no VIII q[ui]a permansit ibi. Sed non est dubitandum, ponti-
ficios aboleri hunc librum optare; captare v[ero] o[mn]io voluit
tandem hoc libro Caraffa, quum edidit illum in Italia.
[illegible]
[illegible] Id est nobis magni
momenti consilia patefacere. Magna post illum laus
debetur scriptori Epitomes rerum Germanicarum, libellus mole
est exiguus, sed prudentia judicioque caeteris omnibus confe-
rendus, cujus autorem eundem magno studio cognoscere
laborarunt viri docti, sed hucusque non potuerunt illius nomen
invenire. Sane et Abelini labor magnam laudem
meretur, qui pacta etc. diligenter collegit. In unitissimum
non Abelinus non quasque et cujusque generis epistolas, con-
tractus etc. diligenter collegere. Sunt quamplurima
et hoc argumento edita: partis n[amque] Caesarea ediderunt librum
post victoriam Pragensem, quem vocant Anhaltinam
Cancellariam, qui liber Italice, Hispanice, Latine et
adeo omnibus prope Europae linguis editus est. Illi sane
libro debetur ruptura magna illius foederis unitorum, et
tantum nocuit quantum mille armati. Hoc autem considerandum
in illo libro, quod non integra instrumenta sed fru-
stulatim comprehendunt. Similem deinde facere
voluerunt Cancellariae Anhaltinae per librum cui titulus
Der unirten archivum: [illegible]
[illegible] Meretur autem hic
liber der unirten archivum potius lectionem quam ipsa
Cancellaria; verum inter hos varii adhuc libri sunt parandi.

Epitome rerum Germanicarum.

Abelinus.

Anhaltina Cancellaria.

Liber cui tit. Der unirten archivum.

Hi fere sunt scriptores rerum Germanicarum, qui contigerunt seculo superiori et hoc nostro; qui quorum omnia recentissime comprehendant legendi evolvendique nobis sunt. Utile vero est ut et vetera non ignoremus, frequentissime non ad haec solet provocari. Quare et horum nonnulli in sequentibus indicabuntur.

Veteris quoque historiae notitia paranda.

Inprimis vero hic itidem nos iuvare ipsa monumenta publica, sed talia monumenta rarius sunt edita vel conscripta. Tabulas enim, diplomata et epistolas nobis exhibeamus, qua monumenta historica valde sunt jejuna; coeperunt vero edi talia diplomata et tabulae a multis.

Erpoldus Lindenbrogius.

Erpoldus Lindenbrogius in fol. magna cum laude, una cum historia rerum septentrionalium haec edidit.

Hubertus Moerens.

Hubertus quoque Moerens inventem eorum vim produxit in lucem:

Kyriandi annales Trevirenses.

Metropolis Salisburgensis Figuli Hunnii.

habentur etiam multa in annalibus Trevirensibus Kyriandi, et in metropoli Salisburgensi Figuli Hunnii praeclaro sane opere. Optandum esset ut omnes hae tabulae uno in codice [illegible], sive per certas classes et aetates fuissent hae digestae, haberemus totius Imperii conspectum in uno volumine.

Epistolae nomine Frid. II Imp. a Petro de Vineis editae.

Pertinent huc epistolae nomine Friderici II Imperatoris a Petro de Vineis, quas edidit Simon Scardius JCtus. Videmus ergo pauca horum diplomatum esse edita. Historicorum autem sunt plures, habemus namque a Carolo M. ad avorum memoriam omnes res descriptas; sed autoribus plerumque monachis, qui quoniam non adeo curarunt res civiles multa praeterierunt magni alias momenti. Fuere praeterea iidem expertes omnis literaturae et prudentiae civilis: sunt tamen non nulli notae.

Lambertus Aschafnaburgensis.

Inter eos vero qui prudenter historiam suam texuere primas merito obtinet Lambertus Aschafnaburgensis monachus

in posterioribus libris specialim Henrici IV tempora persequitur. Ab eo Adamus Bremensis canonicus ibidem et matricularius commendatus, qui omnes etiam vicinorum regnorum res persequitur, vixit idem Henrici IV tempore. Deinde Ditmarus Henrici V imperatoris aevo vixit, qui res omnes Germaniae descripsit, nec suâ laude fraudandus. Witikindus Corbejensis vixit Othonis II Imperatoris aevo: Descripsit v. imprimis Othonis M. et Henrici aucupis res gestas, estque primus scriptor rerum Germanicarum. Eginhartus quoque non praetermittendus, Caroli M. Cancellarius, item ejusdem generis; et hic solus non fuit monachus inter scriptores rerum Germ.: Tandem tamen vitae se addidit monasticae, vir antea magnae dignitatis summique ordinis. Non egemus nunc de rebus Germanicis antiquioribus Car. scil. Magni temporibus, sed de recentioribus. Apparet profecto scriptorum numero, quoniam non omnes ejusmodi sint notae, Germanos posse contendere cum reliquis omnibus Europae populis: quin ipsi Itali hoc fateri coguntur. De Italiae scriptoribus dubitari potest, quia ibi propter tempus sane abunde fuit reperire viros doctos. Poterit quis ~~[illegible]~~ consulere Vossium de Historicis Latinis, nam ille ibi curiose scriptores collegit nemini vel visos ante vel lectos. Marquardus quoque Freherus chronologiam edidit quasi scriptorum Germanicorum et est juncta aliis ejus operibus, nec esset a plurium hoc opusculum seorsim expendi. Monendum nunc superiori seculo postulasse viros doctos ut ederent antiqua sua monumenta. Primus Philippus Melanchthon edidit nonnullos scriptores, qui sane pater sui mereatur appellari. Sed vixit eum Reinerus Reineccius, quondam Academiae Juliae professor, qui Albertum Stadensem, Helmoldum aliosque plurimos edidit. Omnes quoque Meibomius egregiam operam in hoc negotio posuit, qui tamen alia Corbeiensem paulo ante laudatum edidit. Joannes quoque Pistorius antiquitates Fuldenses edidit, aemulatus illum eodem tempore Justus Reuberus JCtus: Horum omnium industriam superavit Marquardus Freherus, Consiliarius

Adamus Bremensis.

Ditmarus.

Witikindus Corbejensis.

Eginhartus, Caroli M. Cancellarius.

Germania nostra scriptorum numero cum omnibus fere Europae populis contendere potest.

Marquardus Freherus.

Phil. Melanchthon.

Rein. Reineccius.

Meibomius.

Jos. Pistorius.

Justus Reuberus JCtus.

Christoph. Urstisius.
Erp. Lindenbrogius.

Palat., vir nunquam satis laudandus, et post hunc Christoph. Ursti-
sius. Rerum septentrionalium curam habuit Lindenbrogius e-
to scelero ope. Multi quidem adhuc alii et scriptores sunt digni,
sed non est nunc instituti nostri eos omnes enarrare. Repre-
duntur non immerito plerique scriptores in eo, quod plerumque a pri-
mo mundi initio incipiant, ubi saepenumero bonis monument-
destituti inepte se gerunt. Monumenta tamen omnia haec, licet s-
rudia, multum tamen utilitatis gerunt, non quidem ad prudentiam civilem,
sed ad cognoscendas res factas. Hoc etiam porro hic observ-
dum scriptores saepenumero res magni momenti uno et altero ver-
indicare: quare non poterit totius rei cognitio ex his peti, q-
sane diligenter est notandum. Ex his v. monumentis majorem
dicio ingeniique plenam avorum suorum memoriam colligere co-
nnulli ea, quae faciunt ad remp. nostram. Et primo quidem Jos. Nau-
clerus, praepositus Tubingensis (vixit intra sec. praeced.) qui etiam nil-
reprehensionem incurrit, quod a condito mundo sua initia
faciat, sed tamen hic longe praeferendus est superioribus. Jo. Jos. Capnion
(cui debemus literas in Germania renatas) laudabilis etiam opera in
hoc est praestita. Sed Nauclero longe praeferendus Jo. Aventinus
Bavarus, qui tamen indice expurgatorio relatus a pontifice inter
malae notae libros; sed injuriam faciunt fidei spectatae vi-
rorum: attingit a. tempora Lutheri: Bene et illo judicat
Onuphrius Panvinius; edita et ejus opera primum Latine, dein
Germanice; tamen antiquiores editiones et optimae, quoniam r-
centiores a pontificiis et corruptae. Albertus Cranzius
hic commemoratione dignus est, qui non Bambergensis, ut putant,
sed Hamburgensis Decanus fuit: prodiit primum illius Saxo-
nia, deinde Metropolis, quae continet omnem fere historiam ecclesiasti-
a Car. M. tempp.; Edita deinde Vandalia, quae res trans-
gestarum ordinem prosequitur: Res denique Septentrionales, Da-
niae, Sveciae, Norvegiae edidit; hoc unum tamen desiderabis in il-
quod non allegarit autores ex quibus desumpserit sua: Sed ip-
postea edito Helmoldo, Stadensi apparet plurima hinc desump-
Non est quod Bellarminus notas marginales reprehendat, quum

Multi ex antiquis illis monumentis avorum memoriam colligere coeperunt ea, quae ad remp. nostram faciunt: ut
Jos. Nauclerus.
Jos. Capnio.
Jos. Aventinus Bavarus.

Albertus Cranzius.
Edidit is;
1. Saxoniam.
2. Metropolin.
3. Vandaliam.
4. Res septentrionales.

in ipsis historiis earumque contemptu plurima invecta pontificiorum auribus continebat. Immerito etiam iratos a pontificiis insimulant, qs. corrupissent ipsas Cranzii historias, cum tamen neutrum horum factum esse constet; quod opera notandum, ne cum pontificiis agentes temere rejici ejusmodi scriptores patiamur: quem ipse Baronius in Ecclesiasticis suis saepe citat laudatque Cranzium. Ulricus quoque Mutius compendium scripsit rerum Germanicarum, iste liber brevis est, est tamen dignus qui legatur. Legendus quoque est Joh. Carionis tomus: edidit ille Carion chronicon totius mundi non inelegans, quare et saepe in Gallis expensum, quod postea pervenit in manus Philippi, qui jam opus aliquod historicum meditabatur: Notandum vero h. l. illum librum, qui hodie Carionis tit. fertur, non Carionis (ipsius n. opusculum perexiguum fuit) sed ipsius Melanchthonis esse, cuius laborem continuavit Caspar peucerus. Non dubitant viri docti commendare chronicon hoc peucerianum tironibus historiam, cumprimis v. tomum ultimum a temporibus Car. M. ad Car V tempora. Sed conatus horum omnium mirum quantum antevertit Christophorus Lehmannus Chronico suo, ut appellat, Spirensi; nec est ut quem turbet nomen, nam non Spirense sed totius Germaniae est, nec solum historiae telam ille pertexit, sed hanc ipsam accurati judicii sublegmine distinxit plurimis in locis. Sunt inter hos alii quoque laude digni sparsim nomine editarum historiarum veteris aevi conscripti, partim, ut sunt diversi scriptorum juridicorum, qui tamen pauca sunt: Nihil a. aliter fere hae scripta continent quam controversias agitatas inter pontifices et Caesares a temporibus maxime Imperatoris Henrici IV. plurimum sane per eos sanguinis humani fusum est. Cum Gregorio VII papa huic magnae lites fuere, nam excommunicatus ab eo fuit, et hanc excommunicationem eius extenderunt pontifices, ut simul jure suo excideret Imperator sec. XIV, et ad pontificem jus eligendi Imperatores transiret. Nos scriptorum, qui in his controversiis ab utraque parte fuere, pene nihil habemus, supersunt tamen adhuc pauca congesta a Melch. Goldasto.

Ulricus Mutius.

Joh. Carionis

Caspar peucerus continuator Chronici quod vocant Carionis.

Chr. Lehmanni Chronicon Spirense.

Gregorio VII papae magnae fuerunt lites cum Henrico IV; unde postea factum ut jus eligendi Imp. transierit ad pontifices, collegit nonnulla hac de re Melch. Goldastus.

sec. XIV

Wilhelmus Occam.
Massilius patavinus
s. de padua.
Joh. de Jandano.
Lupoldus Bambergensis.
Petrus de Anglo.
Sigebertus Gemblacensis.
Duo Barclaji, Wilhelmus pater, et Johannes filius.
Joh. Ludov. Herwardi apologia pro Ludovico IV contra Bzovium.
Abraham Bzovius.
Dominicus Arumaeus.
Joh. Lymnaeus.
Chr. Besoldus.

Temporibus Ludovici V Bavari Imperatoris eruditius controversum fuit: Wilhelmus Occam Franciscanus et Massilius patavinus s. de padua (defensor pacis scriptum ejus sane doctum) inter ceteros eruditos monachos adfuerunt Ludovico. Joh. de Jandano et Lupoldus Bambergensis episcopus operam quoque suam contulerunt: Verum illius opus rarius occurrit, hujus a Marquardo Frehero editum. Petri de Anglo pariter juridicum itidem scriptum, quod etiam edidit Marqu. Freherus. Sigebertus Gemblacensis clarus scriptor testatur se adversus Hildebrandum papam scripsisse, cujus scriptum extra nondum publicatum sed a. alicubi extat. A duobus Barclajis Wilhelmo patre et Joanne filio scriptum est adversus Bellarminum pro rege Angliae, qui utrique pontificiis fuerint; hic etiam Romae magna in gratia apud Urbanum VIII fuerit, ibidemque vitam finiverit. Habemus praeter allegatos scriptores apologiam pro Ludovico IV annos ante quasi 40 sec. 16 scriptam a Joanne Ludovico Herwardo contra Bzovium polonum, sed qui semper vixit Romae. Hic Abraham Bzovius in continuatione annalium Baronii (sane his indigna) ubi ad sec. XIV pervenit male accipit Ludovicum Bavarum Imperatorem: Quod non ferre potuit Elector Bavariae, ideoque hoc negotii dedit Cancellario suo Herwardo ut Bzovium refelleret. Rarus est hic liber, qui in indice expurgatorio continetur. Perveniendum nunc ad scripta recentiora: patrum et avorum memoria coeperunt multi pro controversiis scribere; alii a. eorum ad jura Justinianea adierunt, indeque quaestiones decidere voluerunt; alii v., inde non posse eas tolli existimantes, V. publ. advocarunt et imperii instituta: sane rectius hi illis fecerunt. Quod attinet tractationem juris publ. Germanici, coepit illa nuper Jenae et primo quidem illius studii autore et directore Dominico Arumaeo, cujus varii extant libri, quos hic recensere longum foret. Arumaeo praeceptore aliquando usus est Joan. Limnaeus, longe felicius in illo opere versatus est. Extant ejus grandes tomi de jure publ., quibus omnia comparavit, quae concervavit quae potuit ad materiam explicandam. Sed interim multa miscuit aliena, et plerumque omnino in illo desideres judicium veri antiquarum Germanicarum. Scriptum est pilarum et omnibus ejus aetatis merito praeferendum. Loco nominabitur Besoldus, cujus varia scripta dedicare, quod ...

tiā incredibili et majori cæteris tribus in scriptoribus legendis voluptas ē etiam
antiquioribus. Quamquam jam multa desint in illo, attamen ō negligendus, prodiit
bonit ita pridem scriptum aliud ejus Ingolstadii, sane ō respondens multorum
judiciis, nimis quoque jam ē illud extollentibus. Hinc Tobias Baurmeiste,
rus, Magdeburgensis episcopi Henr. Julii minister, judicandus: Librum
one[?] utilem edidit, sed et in eo desideres antiquitatis notitiam. Matthias quoque
Stephanus ō omittendus frater Joachimi, uterque vixit in Acad. Gripes,
waldensi, hujus v. de jurisdictione liber ō pertinet ad res Germanicas.
Reinkingii etiam laborem perfecto, sed laude ō fraudandum judicabimus.
Sunt praeterea varia scripta uno volumine comprehensa sub tit. Nucleus jurisp.
Hampelii, quae singula ō ē nostrum referre; ut quorum pleraque sint unius notæ. Ante
omnia v. scriptum Hippolyti à Lapide, plane ad κύριον inprimis et venera,
tiam ad jus publ. pertinens, nobis est commendatum. Fontes perfecto re,
cte monstrandi habuit ille cognitos, sed an recte semper monstratus sit, id quidem
nunc in medio relinquimus: Mereatur autem omnino levi hoc scriptum continens plurima
ad scitu utilissima. Prodiit in Batavis ejus editio, quae hic perscripta apud
nos ē. Von den Reichs Vögteien, sane doctus liber. Ill. Treisbach
von der Session des Reichsadels liber ō contemnendus. Liber etiam
Dillingensis et scriptores praeclaros Jctos pontificios; Legenda utique nobis
sunt scripta, quamvis in plurimis nobis derogent. Scipionis Gentilis, ut hic vo,
cavit, nobis scriptum prodiit, cui liber additus etiam nequaquam contemnendus,
cujus tandem illius autor sit, von den geistlichen Vorbehalten.
Debent nobis generatim commendata esse Marquardi Freheri collecta,
nea et Goldasti replica pro Imperio adversus Gretserum Jesuitam. Carpzovii
liber de lege Regia ō ē pluribus allegandus, neque hic judicium et eo expe,
nemus. Inter eos v. libellos qui comprehendunt breviter et quasi compendio imperii
nostri statum eminet sane recte prae reliquis Jacobi Lampadii tractatus juris publ.
Non adeo pridem prodiit etiam Coloniae jus publ. Wilhelmi Beckers, scriptoris
pontificii, quod eundem mireris, quum caeteri scriptores de jure publ. sint pro,
testantes: Verum is pleraque ex Lymnaeo descripsit ac de suo nihil fere addi,
dit, meretur tamen ut synopsis legi. In Hollandia prodiit etiam duobus tomis resp.
Germanica: Sed satis constat ō multum illam ad cognitionem reip. nostrae
collaturam. Sed quum nullus sit adeo malus liber, ut ō aliqua parte prod,
esse, legi etiam hoc scriptum potest. Quamquam etiam Werdenhagen de rebusp.
Hanseaticis videatur sibi multa attigisse ad imperii nostri statum facientia,
tamen is scopum suum non ē assecutus: Quatuor tomis expensus ē ille liber
Leidae, quorum duo priores tomi sunt grandiores; non a titulo suo liber
satisfecit. Inter eos v. qui sparsim res imperii nostri tradiderunt et quidem Jctos
excellit Andreas Gailius, cum in observationibus, tum inprimis in libello
de Arrestis, multas n. constitutiones ibi sunt quas alibi ō reperias.
In symphoremate Gilmanni et Meisneri opere quod dicitur Advocatia multa quoque
utilia reperias, in observationibus etiam Mynsingeri. Politicos quoque scripto,
res qui multa de nostra rep. miscuerunt multos reperias. Primus inter eos, qui id

Tob. Baurmeisterus.

Matthias Stephanus.

Reinkingius.

Nucleus jurispr. Hampelii.

Hippolytus à Lapide.

Liber Von den Reichs-Vögteien.

Treisbach von der Session des Reichsadels.

Liber Dillingensis.

Marq. Freheri collectanea.

Goldasti replica quoad Gretzerum.

Carpzovius de l. Regia.

Jac. Lampadius.

Jus publ. Wil. Beckers.

Resp. Germanica edita in Hollandia.

Werdenhagen de civitatibus Anseaticis.

Andr. Gailius de arrestis.

Gylmanni symphorema.

Meisneri advocatia.

Mynsingerus.

Jos. Bodinus.

Henningus Arnisaeus.

Schönbornerus.

fecit est Jos. Bodinus, meritoque ob id omnino laudandus, qui libro suo hoc immiscuerit, attamen videre ex eo et aliis licet insignem viri peritiam aliarum rerumpubl. Ad eundem modum multa legere est in operibus politicis Henningi Arnisaei, ita quidem ut nobilissimas controversias Imperii nostri ille sparsim tractaverit, ac in his qui potius quam in politicis occuparunt operam suam alii multi, praesertim Germani nostri civilis prudentiae Doctores, sic refero Schönbornerum et alios plures. Haec sunt pene illa monumenta quae usui nobis poterunt esse ad cognitionem reip. nostrae Germanicae assequendam: Opus ut ex his quis colligat inque chartophylacia colligat alia et notatu digna, partim ordine observato partim extra ordinem. Nec n. opus est ordinem semper observare, quum locum non sint tuesura et tamen prosint memoriae. Et nihilominus quis sibi ordinem aliquem fingere; cumprimis v. illa notare quis adjiciet, quae faciunt ad notitiam illius regionis, seu urbis ubi vitam aliquando est acturus.

Monendum denique et hoc est, nequaquam fieri posse ut quis in juvenili aetate exactam cognitionem sibi comparet rerum Germanicarum. Recitata itaque sunt singula illa, non ut omnia in prima juventute vel in Academiis docentes nobis comparemus (quod consilium fere ne stultum foret) sed ut aliquando nobis adultioribus immo in ipsa senectute inservire nobis possint.

FINIS.

Biblioteka Śląska